inte dignatus es promittere pertingam. Per. SB

Tibi domine deus sit nostrae deuotionis hostia immolam. hoc orantes pariter et precantes.
ut nos sacrificium tuum mortificatione uitę
carnalis effecto sin odore suauitatis accipias.
ac moribus quibus professioni nostrae congruam
instituas. ut quos sancte conpunctionis ardore
ab hominum ceterorum proposito segregasti. etiam
a conuersatione carnali et ab inmunditia actuum
terrenorum infusa nobis caelitus sanctitate discernas. Per. SC

Presta domine que famulis tuis renuntiantibus se-
cularibus pompis gratie tue ianuas aperiri.
qui despecto diabolo confugiunt sub titulo
et iugo Christi. iube uenientes ad te sereno uultu
suscipere. ne de eis inimicus ualeat triumphare.
Tribue eis brachium infatigabile auxilii tui. mentes
eorum fidei lorica circumda. ut felici muro uallati
mundum se gaudeant euasisse. Per. MISSA SACERDOTIS